G. Zyczko et Raczinski Intercisae Roboratio

Coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransceni[sibus] ptr comparentes Generosus Nicolaus Zyczko Pincerna Podlachiae ab una Et Generosus Marcellinus Sigismundus Raczynski ab altera partibus Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit Quia ipsi Intercisam certam seu contractum Ratione Arendae bonorum in eodem contractu specificatorum de data in Mien die Vigesima Quarta July confectum Manibus suis et certorum amicorum subscriptam tam et Inventarium ratione eorundem bonorum ad Intercisam conferendo Vadiis Duorum Millium et Quadringentorum Floren[orum] Polon[icalium] firmatum In Omnibus eiusdem Contractus et Inventarii punctis clausulis articulis et conditionibus approbant confirmant et ratificant Eaque Omnia in praefato contractu et Inventario exparata ac descripta tam in toto quam in quavis Minima parte Iidem ipsi recognoscentes se de bonis generaliter Omnibus cum posteritate sua adinvicem tenere adimplere exequi et inviolabiliter observare submittunt et inscribunt sub Vadiis Duorum Millium et Quadringentorum Floren[orum] Polon[icalium] in casu per partem aliquam non expleto alicuius conditionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo Et Coram officio praesenti Castren[si] Bransceni[si] in primo Citationis Termino peremptoria responsione et satisfactione Omnibus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dillationibus quibusvis Motionibus Appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibus, impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Citationi abscribendo et abrenunciando sub amissione suae suorumque successorum litis et integrae causae.

...owski inscrionis Oblata.

Officium Castren[se] Castren[se] Capitan[eale] Bransceni[se] Rescriptum infrascriptum demissionis ex Actis Castren[sibus] Wiznen[sibus] authenticae uti iuris est emanatae ad oblationem partis cui interest ad inscribendum in Acta praesentia suscepit Cuius tenor sequitur eiusmodi Actum in Wizna Feria Tertia ante festum Sanctae Mariae Magdalenae proxime Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono. Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Wiznen[sibus] personaliter comparens Nobilis Severinus olim Christophori ... de Zarkowo Pallatinatus Podlachiae Districtus Tykocinen[sis] suo suorum nomine omisso iure incolatione competen[ti] postbabita ea Iure Castren[sium] Wiznen[sium] in se libere assumpta sanus mente et corpore existens publice libereque recognovit Quia Nobilis Nicolaus olim Hieronimi

Pg.

18905

Pesliy de Gleboki stolę Omnia et singula bona seu totam et inte-
1896 gram sortem bonorum immobilium in bonis Monki sitorum sibi eco-
gnoscenti per Nlem Michaelem olim Baltazari Monko de Monki
in summa Centum Sexaginta Florenorum Polon modo obligationis inscriptorum
cum Omnimoda eiusmodi inscriptionis Originalis potestate ac titu-
lorum et legamentis demittit procommittit Possum et Intronem
ipsi iam exnunc cum libera transductione praesentis inscriptionis
ad Acta Castri Districtus libere admittendo. Ex Actis Castren
Wasosen Rescriptum. Correxit Jankowsky Et hic idem Nlis
stans Nlis Regni Galis Pawiński Leonardus Fascza cum Nlibus
Jacobo et Mathia Monkiami Coram officio Castren Branscen
publice recognovit Quia die hesterna condescendens ad bona
Monki ibidem Nlem Nicolaum Pesliy in bona Omnia immo-
bilia principaliter per Nlem Michaelem olim Baltazari Monko in sum-
ma Centum Sexaginta Floren Polon Nli Laurentio olim Christophori
Pisanka modo obligationis inscripta eandem per Nlem Laurentium Pi-
sanka eidem Pesliy demissa eorundemque bonorum cunctis utilitatibus
et attinentiis iuxta tenorem continentiam Originalis inscriptionis et demissionis
ex libera admissione tenutarii nemineque alio tam in bonis quam
hic circa Acta impugnante intromisit et in pacificam possessionem contulit.

Actum in Curia Regia Branscen
feria Secunda ipso festo Sanctae
Annae Matris Gloriosae Virginis
Mariae Anno Dni Millmo Sexcen-
tesimo Quadragesimo Nono.

Markowski Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens No-
bilis Stanislaus olim Josephi Markowsky de Markowo Wielkie
haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recogno-
vit Quia Nli Nicolao Markowsky fratri suo germano eiusque
posteris subditum suum haereditarium Laboriosum Procopium
Sadlik in bonis Markowo Wielkie in Media quarta residentem
cum Uxore pueris fundo, casa Cmetonali, pecoribus pecudibus totaque
substantia et suppellectile domestica censibus dierum Laboribus